

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis
Autor: Merian, Maria Sibylla
Verlag: Oosterwyk
Ort: Amstelædami
Jahr: 1717
Kollektion: Zoologica
Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Werk Id: PPN476830389
PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>
OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>
LOG Id: LOG_0014
LOG Titel: VII. Prunus florens
LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions. Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
 Georg-August-Universität Göttingen
 Platz der Göttinger Sieben 1
 37073 Göttingen
 Germany
 Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

ficit, & in aureliam nigram convertitur, quatuordecim diebus elapsis Phalæna, qualis flori inhæret, inde surgit, hujus alæ superiores fuscæ sunt & albicantes, inferiores helvæ, nigroque colore maculatæ, ovula parit è cinereo viridia.

Flosculo qualis insidet, talis mihi erat erucula, hæc ligno firmiter adhærebat dura brevisque facta, uti suprà illam majorem erucam conspicitur, decem diebus effluxis inde nigra musca erumpebat, prodibant & aliæ muscæ à tergo flavæ, quæ, duarum ex iisdem hic delineatarum icone repræsentantur.

VI. *Ranunculus dulcis*

Simile genus erucarum hos suprà flores inveni, quas iisdem integro mense Majo enutrivì, in dorso auriaci, & desub è lucido flavi sunt coloris, cæterùm nigræ sunt, ac quodammodò pilosæ, tactæ conglobantur, diuturnaque quiete torpent immobiles, in mense Majo, telam texunt, & fuscam in aureliam transmutantur, qualis folio adhærens delineatur, post quatuordecim dies speciosa prodit inde phalæna, cujus caput, corpus, alæque superiores flavo sulphuris atque nigro maculatæ, inferiores alæ nigro rubroque colore variegatæ sunt: hæ phalænæ interdiu unâ sedent quietæ, sub vesperam volitant, tempore matutino quietis capeffendæ gratiâ umbrosa loca sectantur, spatio dierum aliquot elapso ovula flava parientes emoriuntur.

VII. *Prunus florens.*

Magnam hanc virescentem punctis nigris distinctam erucam nigro capite, in principio mensis Maii super hac arbore inveni, tacta filo ex ore prodeunte descendit, quo mediante itidem ascendere novit, folio plerumque, à Semetipsâ circumvoluto insidet, ex eo recedens abundeque pabulo suo refecta festinanter in suum sese folium recipit, in quo etiam texturam parat, & in aureliam defiguratur, exinde phalænas exire deprehendi, quarum corpus antè ex lucido flavo, pars posterior unâ cum alis superioribus albicanti colore sunt prædita.

Interiùs jacet subflavus in vermium excrementis repertus

acarus, qui trium dierum spatio in doliolum fulcum immutatus, elapsis quatuordecim diebus in talem, qualem infra delineavi, muscam transformatus fuit.

In extremitate, folii viridis eruca virescens exhibetur, turbata, filo deorsum, eodemque mediante iteratò sursum fertur, hisce foliis eam enutrivì, ad duodecimum usque Junii diem, ex tunc in nympham flavescenscens transit, ex quâ die vigesima sextâ Julii, qualis in folio depingitur, musca nigricanseducta fuit.

VIII. *Taraxacon.*

Super Sylvestri hocce flore in mense Aprili deprehenditur eruca fusci corporis, in capite duo quasi pilosa cornua gestat, ut & in dorso quinque adhuc ejusmodi fasciculos exstantes, cæterum corpus pilis flavis oblitum est; in principio mensis Maii telam ovalem propriis è pilis conficit, & in aureliam fuscâ pilis flavis oblitam, ut infra vides, immutatur, in fine mensis ejusdem inde phalæna cinerea producta fuit, uti superius in folio videtur.

IX. *Cerasa acida rubra flore plena.*

ERUCAM hanc super omni genere fructiferarum arborum, præcipuè tamen cerasorum est reperire, Metamorphosin fubitura parat ovalis figuræ texturam, argenti more splendendam, & instar chartæ pergamenæ quodammodò tabulosam, huic inclusa fuscâ in aureliam transformatur, qualem diversa duo folia exhibent, post quatuordecim dies, phalæna cinerei coloris indè prodit, qualis superius super hocce ramulo volitans exhibetur.

X. *Flos grossulariæ, Satiæ, Spinose.*

IN mense Aprili hac super arbusculâ genus quoddam erucarum corpore fuscâ, striis nigris albisque maculis aspersarum invenitur, testudineo gradu incedunt, mense Junio rusam sibi ovalis figuræ telam texentes fuscâ in aureliam immutan-